

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1517

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 71 / Tabuteau 158

**Auteur(s) :** Robert le Magnifique, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Hugues d'Ivry, Bayeux (évêque)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1034, 11 avril

**Lieu d'émission :** Fécamp

**Action juridique :** échange

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert le Magnifique fait savoir qu'à la requête de Hugues évêque de Bayeux, il a obtenu que les moines de Fécamp échangent avec ce dernier leur terre d'Argences, donnée naguère par Richard Ier, contre cent hôtes, libres de toutes leurs dettes et de toute obligation de service ou de coutume envers le duc ; l'évêque doit donner en outre trois églises et vingt hommes francs à Biville ; Brunville ; Penly ; Lexartum avec les dépendances et le port de pêche ; Vieux-Rouen [sur Bresle] avec un moulin et les dépendances.

A la mort de l'évêque, Argences et toutes ses dépendances retourneront à Fécamp, mais les donations faites lors de l'échange par l'évêque resteront à l'abbaye.

Pendant les négociations d'échange, les moines ayant refusé la terre proposée par l'évêque, à la suite des contestations de certains gens, il est entendu que si ces contestations devaient porter préjudice aux moines, ceux-ci porteraient plainte deux fois devant la cour du duc et en cas de non-satisfaction par le duc ou l'évêque, reprendraient leur domaine d'Argences.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix B, p. 258, n° 7 (cf. Appendix C, p. 272, n° 8).

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 71, p. 207-209.

## Dissertation critique

La coïncidence du Jeudi-Saint au 11 avril ne se produit qu'en 1028 et 1034. Il est peu vraisemblable qu'entre l'avènement du duc (6 août 1027) et le 11 avril 1028 le domaine d'Argences ait pu être successivement usurpé à Fécamp par le duc (voir l'acte précédent, n° 1516), restitué à l'abbaye puis échangé à nouveau par celle-ci. La date de 1034 est donc la plus probable. FAUROUX, p. 208.

Texte établi d'après b

Robertus, nutu Dei Northmannorum dux, omnibus fidelibus nostris cujuscumque ordinis, indomnicatis scilicet et vavassoribus seu ubicumque in Christum credentibus, notitiam et commutationem quam salva fide in memoriam

tam presentibus quam futuris litteris tradere disponimus. Notum sit igitur vobis quod Hugo Baiocacensis æcclesiæ episcopus venit ad meam mercedem, castro Fiscanni, die Cæne Dominicæ quæ habita est eo anno .III. idus Aprilis, in quo castro, in honore summæ et individuæ Trinitatis, bonæ memoriæ avus meus et pater monasterium construxerunt, ac villis et ornamentis honorifice decoraverunt et, quod melius est, monachis pro animabus nostris Deo cotidie servientibus deputaverunt. Deprecatus est autem mercedem meam, ut apud ipsius monasterii monachos impetrarem, ut terram quæ dicitur Argentias, quam prænotatus avus meus Richardus nobilis dux altario ejus sanctæ et individuæ Trinitatis in dotem tradidit, ei commutarent. Quod post multas eorum excusationes tandem obtinui. Fecerunt itaque per tales tamen convenientias : episcopus debet dare monachis centum hospites ad presens, qui totas diptas reddant, et liberos ab omni meo servicio vel costumis, per meam auctoritatem et per meum donum in alodum et hereditatem perpetuam, et tres æcclesias, et .XX.ti francos homines in locis qui appellantur Boiavilla, Brumvilla, Penloi, Lexartum cum portu piscatorio, cum silvis, pascuis, et omnibus pertinentiis suis et villam quæ dicitur Vetus Rodum cum molendino et omnibus appendiciis ejus ; et debet recipere ab ipsis monachis predictam terram, id est Argentias, per tale conventum ut usque dum vixerit teneat, et post obitum ejus, monachi eam statim recipiant, id est ipsam villam Argentias, per meam licentiam sine contradictione alicujus potestatis cujuslibet ordinis, seu magnæ parvæque personæ, sic ex integro cum terris, vineis, molendinis, silvis, pratis, aquis, et mercato forensi, seu omnibus appendiciis ejus absque ulla calumnia, sicut unquam melius tenuerunt ; et ipsos centum hospites quos episcopus donat, sicut prædictum est, in prenominatis locis, cum omnibus suis appendiciis, similiter cum ipsa, post obitum episcopi teneant et possideant jure hereditario in alodum, ex mea parte concessum sicut predictum est. Notum quoque esse volo quia illa terra, quam dat episcopus, quorundam hominum calumniis refutata est a monachis postquam has convenientias incæpimus antequam perficeremus, et postea a me et ab ipso episcopo tali convenientia est data et ab eis recepta ut si per illam calumniam damnum aliquod ipsi monachi habuerint, duas reclamaciones in mea corte vel curia faciant, et si tunc ego et episcopus non acquitaverimus eam, monachi per meam licentiam, sine contradictione vel malivolentia episcopi, vel alicujus hominis reveniant ad villam suam Argentias et recipiant eam et teneant et possideant absque ullo deinceps cambio. Si quis vero contra hanc nostræ auctoritatis commutationem aliquando temerario ausu inferre calumniam presumpserit, primitus ab ipso Deo Patre omnipotente et a Filio ejus unigenito Domino nostro, et a Spiritu Sancto sit maledictus et excommunicatus, et a beata Dei Genitrice Maria, et electo archangelo Michaeli, Gabriele, Raphaeli, et ab omnibus cælestium virtutum spiritibus, et omnibus patriarchis prophetis, apostolis, martyribus, confessoribus, virginibus, viduis et omnibus electis Dei, et sit in æterna damnatione cum Dathan et Abiron, quos vivos terra absorbit, et cum Juda traditore qui Dominum precio tradidit, necnon et cum his qui dixerunt Deo : « Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus », nisi digna satisfactione emendaverit. Amen.